

RECTOR
ACADEMIAE LUDOVICIANAE
ERNESTVS THOM

PROF. MORAL. ET. IVR. NAT. AC. GENT.

VNA. CVM. VNIVERSO.

SENATV. ACADEMICO
LECTIONES HIBERNAS

INDICIT

EASQUE SEDVLITATI

CIVIVM ACADEMICORVM

TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM

DILIGENTER COMMENDAT

P. P. D. VI. SEPT. ANN. CCCCCCLXVII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GIESSE,
EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS

Ordinis sui b. a. Decanus

Lectiones tum *publicas* in Augustanam Confessionem eiusque Apologiam, tum *priuatas* in Syllogen Controversiarum Fechtianam, cum selectis annotationibus denuo imprimi coepit, cum praeterlapso semestri, valetudine adversa impeditus, habere non potuerit, easdem semestri, quod nunc ingredimur, Deo valetudinem meliorem, quod sperat, gratiose largituro, nobilissimis Comminilitonibus offert.

D. IO. HERM. BENNER

Partem dimidiam *notitiae salutis*, praelectionibus aestiuis proxime absolvit. Alteram, instantem per hiemem pertractabit. *Theologiam moralem*, quae, alias propter labores, officinam typographi nondum ingressa est, e thesibus interea suppeditatis, explicandam offert. Disputationibus, publicis & priuatis, materiam & studium, praebebit his, qui eam ad rem parati sunt.

D. IO. STEPH. MÜLLER.

Publice hor. I. - II. in Introductione; priuatim vero hor. VIII. - VIII. & hor. X. - XI. in Dogmatico - Polemicis suas lectiones continuabit.

D.



D. IO. GEORG. BECHTOLD

alumnorum Serenissimi Principis Epborus.

Interpretationem oraculorum illorum divinorum, quae *diaeta vulgo classica* vocantur, vna cum *Hermeneutica* S. elapso semestri aestiuo ad finem perduxit; quas lectiones, si Deo ita videbitur, denuo ordinetur. *Praecepta praeterea Homiletica* de integro traderet, eorum quoque, qui *Theologiae vel symbolicae*; vel *polémicae*, recitationes ab ipso desiderabunt, voluntati haud defuturus. De horis e tabula publica respondebit.

IO. GEORG. HOFMANN

SS. Th. D. & P. P. Extr.

Publice in Exegesi Psalmorum perget, eos expositurus, qui de Christo agunt. Privatum bistoriam ecclesiasticam veteris testamenti enarrabit, semestri spatio absoluendam, tradet quoque theologiam typicam.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Academiae Pro cancellariis.

Ius publicum, cum iure priuato patrio; iure feudali; & processu summorum imperii tribunalium, de integro expo- net.

D.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

Publice diffusam *Successionis* ab intestato doctrinam ex libro suo, his diebus exeunte, distincta luculentaque methodo tradet. Priuatim *Institutiones*, *Pandectas* duabus per diem horis, & *ius canonicum* aut *ius criminale*, docebit: ad plura, si desiderabitur, paratus.

D. CHRISTIAN. HARTM. SAMVEL GAZERT

Finitis lectionibus publicis in *Processum*, enarrabit *Historiam Iuris*; priuatim hor. VIII. STRVVII *iurisprudentiam*; hor. X. *ius Germanicum*; hor. XI. *ius feudale*, ducibus SELCHOVIO & MASCOVIO, exponet, ad *Examinatorium in Pandectas etiam paratus.*

D. LVD. GODOF. MOGEN

Per instans semestre hybernum, ipsum *Institutionum Iustinianearum textum* hora IX - X. explicabit. Et nihilominus HEINECCI elementa *Iuris Civilis secundum ordinem Institutionum*, pro more suo, hora, XI - XII. interpretabitur. Reliquum tempus in historicis, aliisque, qui ipsi incumbunt, ponet laboribus.

In



In Facultate Médica.

D. IO. WILH. BAVMER,

Med. Prof. primar. & ordinis sui p. t. Decanus.

Hora VIII. antemerid. in fundamenta diaeteticae Hoffmanniana publice commentari diligenter perget. Hor. X. b. m. Henr. Bassii tractatum de morbis venereis, cum observationibus a se editum, priuatim explicabit. Hor. XI. b. m. Jo. Zachar. Plattneri artem medendi singulis morbis accommodatam priuatim enucleabit, eamque casibus practicis illustrabit. Denique Medicinae Candidatis, aliquamdiu hic commoraturis, aegrotos visitandi, & sese in praxi clinica exercendi, occasionem offert.

D.GEORG.LVD.ALEFELD,

P. P. O.

Quas nupera aestate absoluere non potuit, lectiones chirurgicas continuabit. Physiologiam praeterea atque pathologiam generalem, nec non collegium examinatorio disputationibus cadauerum anatomicis sedulo incumbet.

D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER,

Med. P. P. O.

Chymiam fundamentalem, ad res in primis pharmaceuticas applicaram, & Methodum formulas medicas conscribendi tradet.

D.

In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

Prof. philos. praet.

Turis naturae & gentium institutiones Wolfi ab initio per-
tractabit, philosophiam moralem & ciuilem interpreta-
bitur, & doctrinas oeconomiae priuatae & publicae tradet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathem. P. O. Biblioth. acad. Praefectus.

H. IV. preelectiones logicas denuo inchoabit, h. V. meta-
physicas continuabit. *Mathesin tum puram, tum applica-*
tam, tempore auditoribus commodo docebit, nec plura
desiderantibus deerit. Bibliothecam publicam tempore
consueto aperiet.

D. LVD. GODOF. MOGEN,


Professor Historiarum Ordinarius.

*Historiam Statuum Europae, duce ACHENWALLO, & his-
toriam Imperii Romano-Germanici, praeeunte SCHMAVS-
SIO, tradet. Ad quaevis alia, quantum temporis ab aliis
laboribus yacabit, paratus.*

D. IO. GEORG. BECHTOLD

utriusque eloquent. P. P. O.

*Publice diebus Martis & Veneris, post explicata *Martialis*
*epigrammata insigniora Plinii Panegyricum Traiano di-
ctum**



Etum interpretabitur. Priuatum *fundamenta stili Heinecciana*
nuper absoluta denuo praelegenda resumet; *artem Oratoriam*
alia quadam hora traditurus.

IO. GEORG. HOFMANN, LL. OO. P. P. O.

Praelectiones instituet *grammaticas*, *Cursorias* in Proph-
etas priores, *chaldaicas* item, & *syriacas*, aut, si defide-
rantur, *arabicas*.

D. FRIDERIC. AVGVSTVS CARTHEVSER,

Philos. nat. P. O.

Elementa Physices, experimentis illustranda, proponet,
atque Lithologiam aliisque Historiae naturalis partem
huius studii cultoribus explicabit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Civibus de luculenta equi-
tandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra, *Gallicae* item & *Italicae*
linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice consti-
tutos, abunde prospectum est.

